Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



232

Quinquagesimus psalmus est de penitentia · Centesimus de misericordia & iudicio · Centesimus quinquagesimus de di laude in scis eius · Sic enim ad eternam tendimus uitam · primitus nra pec cata damnando · deinde be ne uiuendo · ut p condemnata mulcam uita & gestam bona · mereamur eternam · Uoca a enim renuntiam diabolo p penitentia · ne subiugo ei re maneamus · Iustificati · sanamur p misericordia ne iudicia · ameamus · Glorificati · transi mus in uita eterna · ubi dnm sine fine laudemus amen ⁊

LAUDATE DNM in scis eius · laudate eum in firmamento uirtutis eius ⁊

Laudate eum in uirtutibus eius · laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius ⁊

Laudate dnm in scis · quod eos post celebratum iudicium · in aeternitatis gloria collocauit ⁊ Laudate eum in firmamento · eo quod omni fragilitate sublata · firmamentum scis aeternae uirtutis inuexerit ⁊

Laudate eum in uirtutibus · pro eo quod mortem potentialiter in mortalitate consumens ⁊ Laudate eum secundum multitudinem · quia suis tribuit tantam gloriam · qualem nec oculus uidit nec auris audiuit · nec in cor hominis ascendit ⁊